



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Edicta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- 25 Diuisio sexuum procuretur . Provinc.4.
 26 Ad Capellas subterraneas statuatur certum tempus pro mulieribus tantum ibid.
 27 Velato capite mulieres sint in ecclesia. Prou.3.
 28 Sub pena interdicti. *ibid.*
 29 Ne conuocentur Ecclesiae ad consultanda laicorum negotia. Congr. Episc. 3 Febr. 1604.
 30 Ne in cameterio , ac si area esset , tritura fiat , neq; telæ extendantur , neque ibi mulieres , aut alij fabrile quid operentur. Prou.6.
V. Immunitas Ecclesiastica ann. 12.
Regularium iura sub Episc. nn. 43.
47. Representationes sacrae. nn. 1.

ADDITIO.

- 1 Laici non debent in choro stare , nec sedere. *Congr. Rit. 4. Febr. 1600.*
 2 Etiam si sint illustres , & de Magistratu. *eadem 21. Februar. 1604. 24. O. Æb. 1609.*
 3 Et laicorum scandala , & loca moderari possunt arbitrio Episcopi . *eadem 10. Dec. 1604.*
 4 Non possunt in Ecclesia examinari rei etiamsi extra locum immunem iuramentum praestetur . *Congr. Immunit. 7. Dec. 1632.*

Edita.

- 1 Pontificiae constitutiones Romæ editæ de nouo , duobus saltē post mensibus in Diœcesis euulgantur . Prou. 2.
 2 Et in librum referantur à Cancellario Episcopi . *ibid.*
 3 Satis eti si affigantur certis locis publicis , nisi alius modus in Bulla præscribatur. Prou. 3.
 4 Vulgari sermone , & summatim , si opus est. Prou. 4.
 5 Idem fiat de Episcopalibus edictis . *ibidem.*
 6 Certi dies singulis mensibus , Calendarij instat , notati statuantur , quibus , vel Pontificia , vel Tridentini , vel Diœcesana , vel Provincialia Decreta à Parochis publicentur . *ibid.*

7 Decretum Provinc. 7. de sumenda Eu- charistia in Paschate , non alibi quam in Parochia , sine licentia Episcopi , euulgetur in Quadragesima. Prouinc. 7.

8 Decretum de Medicis ne in confessos visitent , publicetur Dominica 1. Aduentus. *ibid.*

9 Decretum de Notarijs pia legata non denunciantibus die Dom. vlt. Adventus , & secunda Quadragesimæ promulgetur. Prou. 3.

10 Aliud item de confratribus inuitantibus alios ad eligendam sepulturam in Oratorijs confratrum , euulgetur semel in anno , si Parochis expedire videbitur. Prou. 7.

Episcopus.

1 **Q**uæ attinent ad propriam Episcopi personam , hoc loco sunt indicanda : nam alij tituli huius operis ad eundem pertineat.

2 Pronfus à Sede Apostolica sine litteris Apostolicis recipiens administracionem suæ Ecclesie suspenditur ab administratione suætuum eiusdem : item recipientes , vel ei obedientes suspenduntur à perceptione suorum beneficiorum , donec absoluantur à Sede Apostolica. *Barb. alleg. 111. nn. 34.*

3 In ingressu Episcopi delatores baldachini incendant pedites , & capite nudo. *Cong. Rit. 27. Iulij. 1624.*

4 Processurus cum mozetta , eam depolare debet coram Cardinalibus , etiam non Legatis , ex consuetudine Italiæ. *eadem 10. Iulij. 1621.*

5 Et coram suo Archiepiscopo *eadem 31. Ian. 1626.* nisi aliud sit statutum , ut in Prou. Mediol.

6 Processurus cum Cappa , sufficit , si ea inducat in ea camera , in qua Canonici conuenient. *eadem 20. Noemb. 1628.*

7 Sedere potest in loco , quem ipse voluerit *Trid. sif. 25. c. 6.*

8 Potest Episcopus portare secum altare viaticum , & in itinere , & in quolibet loco suæ habitationis decenti Missam celebrare , vel celebrari facere . *cap. vlt. de prim. in G. V. gal. de potest. Episcop. c. 2. §. 2. nn. 4.*

9 Etiam in aliena Diœcesi , non tamen Romæ.